

DE furto pprie dco qd
directe cotrariatur p
cepto septio. tria pn
cipaliter videda sut. Prio vbi
expresse comittatur furtu. vel
rapina. 7 quot modis. Scdo
vbi talia comittantur vlate.
a Tercō quo i reb; iuētis. **Qu**
tum ad primū diffinit Ray. a
vl. in trcta. in. furtū qd est cō
tractacō rei aliene. mobil. cor
pals. fraudulosa inuito dño.
lucrifatiēdi grā. vel ipi⁹ rei. vel
etiam vsus eius possessionisue
Dicit pmo o tractacō. qz sine
ea non ē furtū. pprie. lic; inter
ueiat vlūtas. vrbū. vel scrip
tura. Alias si occupat qz res
alienas illicite a sine cōtracta
cōe. est trasgressor alterius pre
cepti. sc; non occupat rem p
rimi tui. Dicit rei aliene. qz nō
omittitur furtū i re plenissime
ppria. Plenissime dico. qz si ali
us hz; i re illa ius. puta credi
tor cui res ē pignori obligata
ut comodat. 219. id est ille cui ē
aliqd comodatū. vel soti⁹. vel
filiis psona alia a dñs furtie
furripies alicui tali psonē. fur
tū omittit. Dicit mobil. corpa
lis. qz i reb; immobilib; vel im
corpalsib; ut sūt actiōes a sui
tates furtū nō omittitur. qz ta
lia nō pnt o tractai pp sui im
mē sitatē 7 incorpētatē. Dicit
tur fraudulosa. qz si aliqz cre

debat rē eē suā. a credebatur sibi
licere rē suā furzipe. nō comit
tit furtū. lic; alias tēatur resti
tue si nō fuit suā. 7 idō si crede
bat se facere dño vlēte. nō fa
cit furtū. qz nō facit dōlū. **Dr** i
uito dño. qz si credebatur dñm
pmisur. 7 sbest iusta cā crede
di. nō tenetur. **Si** vro nō sbe
est causa. quare debebat crede
re. de hoc tenetur. **Et** dñs in
uitus. etiaz si videat rē auferri
qzuis non cotradicat. **Si** autē
putat facere inuito dño. 7 tñ
dñs vult. furtum quodē facit
q̄tum ad intencōnem. a mōe
lit pccat. s; non tenetur ad re
stitutōem. nec dñs pōt petere.
obstāte sibi suā voluntate. **Dr**
lucrifatiēdi grā. Quia si quis
alienā ancillā vel meretricem
rapueit. vel celauit. nō causa
lucrifatiēdi. s; causa libidinis
exercendae. nō comittit furtum
lic; alias q̄uit pccat. **Dicitur**
ipi⁹ rei vl vsus ei⁹ possessionis
ue. Quia nō solū comittit furtū
q̄ rei dñum vult lucrifacere
sic furtue. si etiā q̄ vsū vel pos
sitionē rei. **Addit thō. 2. 2. q.**
lvi. qz sicut furtū comittitur
in occulta accepōe rei aliene
Ita 7 i occulta detēōe iniusta
Est aut tā furtum q̄ rapia b
ut docet thō. vbi p̄us pccatum
mōle. qz cōn dñm p̄ceptū. ut
patuit supra. 7 cotra iustitiam

Septimūm **Præceptū**

qua vnicuique reddendum est
quod suū est. Et cōn caritate; de
diligendo proximum. quia rapina
et furto humana solietas p̄r;
et tam furtū q̄ rapina aggr̄ua
tur. ex circūstancijs loci. tēpis.
et persone. et similib⁹. ut si rem
sacrā in loco sacro auferat. tunc
est sacrilegium. aut alia speci
es. Aut si debito tpe oracōi au
ferat alienā rem. Si etiā p̄rsoa
damnificata pauper fuerit in
se. vel in suo statu. aut in suis hē
dibus ex hoc gr̄ue damnū pa
ciatur. **S**i quereres. est ne
pccm mortale si quis alteri fu
retur acū. vel p̄nam ad scri
bendum. vel talem puā rem
fm th̄. vbi prius. q̄ in talib⁹
rebus minimis hō cui auferatur
res nō reputat sibi dānū infer
ri. et ille qui accipit p̄t p̄sumē
hoc nō esse cōn ei⁹ volūtate cu
ius res ē. et si esset p̄ns ip̄e non
dissentir; ergo si q̄s h̄mōi res
furtiue. id ē alio nesciēte accipit.
p̄t excusari a pccō mōrli. Si
autē h̄at aīm furandi et alteri in
ferēdi dānū: p̄t in talibus
minimis eē p̄tm mōrle. sic et i
sola volūtate furādi est mōrle
Vbi etiā extriscet nullū noci
d mētū infertur. **E**x q̄b; pat;
q̄ multis modis cōn septimū
mādatum peccat h̄ies. P̄rio
quādo quis rem alienā iniuste
auferat alteri; ignorante illo cu

Capitulū

Quartū

ius ē. et eo iniusto. sic q̄ si hoc
cognoscer; sibi displicer;. Et
non solū oīra hoc septimū p̄ce
ptum peccat; s; etiā tenetur re
stituē iniuste ablatum. **S**e
cūdo sc̄q̄tur fm th̄. q̄ q̄ rem
suam apud aliū iniuste detētā
occulte recipir; peccat; q̄dem
furtim auferēdo. non quia gr̄
uat illū qui detin; nec tenetur
ad restituendū aliquid. vel ad
recōp̄sandū. Sed peccat oīra
cōmunē iustitiā. dum ipse vsuz
pat sue rei iudicium. iuris ordi
ne p̄termisso. Et ideo tenetur
deo satisficere et dare operam
ut si inde ortum fuit scandalū
proximorum q̄ illud sedetur.
Sed p̄. Aureoli q̄d lib. iii. q̄
xxi. dicit q̄ h̄c opinio videtur
habere veritatem in casu i quo
persona priuata potest per iū
dicem. siue p̄sonam cōmunem
satis de facili recupare rem suā
Sed in casu vbi talis p̄ iudicē
non posset rem suam recupare
bono modo. vel q̄ iudex non ē
p̄ns. q̄ factum ad eius notici
am peruenire non potest. Aut
quia iudex non audeat inquirē.
vel ille cuius res detinetur nō
audeat aliū accusare vel alio mō
consimili In tali casu vnusquis
q̄ sit quasi minister iudicis.
et executor legis. Ita q̄ rem su
am vel equiualens accipere po
test. nec peccat i re accepta nec

Septimum Preceptū

in modo accipiēdi. **I**xe ille. **E**t
 pbat p **Aug** 7. in epistola ad
 macedoniū 7 p racōez. **E**ādē
 opimōnē p. pa. recitat nec eā
 improbat. **T**ercō peccat cōtra
 septimū pceptū q̄ p̄ximo suo
 nec in se nec in re sua eam nō q̄
 de m sibi vsurpando 7 retinēdo.
 s; siue occulte. siue manifeste de
 struēdo 7 corrūpēdo. ut qui cō
 burit alteri domū. interficit ai
 malia. aut destruit agr̄ eius. 7
 similia vastat. **Q**uāuis eī nihil
 de illa re apud eum maneat. tñ
 q̄ p̄ximū iuste dāmnificat.
 peccat cōtra hoc pceptum. 7
 tenetur dāmnū recōpensāe
Ritō peccat cōn hoc pceptū
 qui hmoi dāmnū p̄ximo in
 iuste illatum sibi non recōpē
 sat q̄tum p̄t. qd̄ vtiq; tenet.
 nisi alter qui dāmnificatus est
 sibi illud volūtariē remittat. ā
 ab eo habeat volūtariā dila
 cōem. aut impossibilitatem re
 stituendi. vel similit̄ excusacōez
 licitā. **E**x quo pt; respōsio ad
 q̄sdam alios casus. **V**n? ē q̄
 si aliquis accipit equū. v; aliā
 rem ac comodatā vsq; ad cer
 tum locum. 7 ip̄e vlt̄ illū locū
 pcedat cū illa re. **S**e. fm **Rap**.
 q̄ furtum cōmittit. nisi in casu
 quādo sc; credebatur dominū nō
 fore inuitū si sc̄r; **A**li? q̄ si ali
 quis rē sibi ad vtēdum cōces
 sam ali; omodauit. **S**e. **Rap**. q̄

Capitulum Quartum

furtum vtiq; cōmittit. qz non
 erat ei cōcessa ad vsū istū. **A**liū
 casus vtz creditor cōmittit fur
 tum si pignore sibi obligato
 vtatur. **S**e. **Rap**. q̄ sic **I**n hoc au
 tem casu 7 similib; sc; cum fur
 tum cōmittitur in vsu rei: tene
 tur fur ad estimacōnem vsus
 rei. etiā re ip̄a domio restituta
 fm **Rap**. 7 **hosti**. **Q**uinto pec
 cat vti hoc pceptum qui vine
 am. agrū. ortum. ā qd̄ cumq;
 aliud sue cultue cōmissum infi
 delit ā fallaciē colit. 7 p hoc p
 ximum suum dāmnificat. 7 tene
 tur ad dāmnū restituōem **I**de
 intelligendum puto de quoli
 bet infideli 7 fraudulēto labō
 tore. sc; carpentatore. muatore.
 p̄ximū dāmnificatē iuste **S**ex
 to peccat qui r̄minos a groz
 suozum. vineaz. ortoz. prato
 rum. vel simliū possessiōnū sciē
 ter dilatat in dāmnū p̄ximi
 sui. p hoc aliqd̄ sibi de sua pos
 sessiōe auferēdo. 7 tenetur ad
 restituōem. non solū ablati. s;
 etiā fructuū quos inde p̄cepit.
 7 quos p̄cepiss; domin; rei si
 eā possediss; deductis tñ exp̄s
 factis pro fructib; q̄rēdis. cō
 gregādis. 7 oseruādis. **S**ep
 t̄mo peccat iudex q̄ ex cupidita
 te. timore. odio. amore. ā ex q̄cū
 q; alia cā sciēter male iudicat
 7 sentēciat i dāmnū p̄ximi sui
Et fm **Rap**. tenetur illi quē sic

115

f

X

6

S

116

Septimū Preceptum

iniuste lesit ad oē interesse Si
milit̄ intelligendū est de illo q̄
licet sit ignar⁹. a ad talem cau-
sam indicandam insuffitēs. ta-
men p̄sumit eā iudicare sine cō-
silio aliorū magis p̄torum q̄
suffitentes reputati sūt. Et sic
ottingit eū p̄ ignorantiam iniu-
ste iudicare. a p̄ximū damni-
care. peccat enim talis oīra hoc
p̄ceptum iniuste iudicādo. a p̄
hoc ledēdo p̄ximū. a in foro cō-
scientie tenetur leso ad restitu-
tionem. Eodem modo dicēdū
est de illo qui suffitens fuit ad
iudicādū. h̄ neglexit adhibere
diligentiā debitā. quia nō stu-
duit a vidit q̄ studere a videre
debit. a sic ex sua negligētia
male iudicavit in p̄ximū lesiōe;

8^o **¶** Octavo peccat a duocatus
aut pcurator qui scientē defen-
dit causas iniustā ut dicit thō.
2. 2. q. lxxij. q. iniustū est a illi-
citum scientē alicui cooperari ad
malū faciēdum. siue ofulēdo. si-
ue adinuādo. siue qualicūqz
ofentiēdo. Vñ Ro. i. digni sūt
morte nō solum qui faciūt. sed
etiā illi qui ofentiūt facientibz
Tenetur etiā ad restitutionē
ei⁹ damni qd̄ cōn iustitiā p̄ ei⁹
auxiliū alreā p̄ incurrit Si ve-
ro i p̄ncipio credidit causā fo-
te iustam. a in p̄cessu apparz fi-
bi iniusta: debet causam desere
re sine aduersarij damno ut di-

Capitulū Quartū

9^o cit thō. vbi pri⁹. Nono peccat
aduocatus aut pcurator. si p̄ti
aduerse causā bonā aufert a eā
grūat. aut damnicat in expē-
sis. Aut impedit in execuōe iu-
sticie. in hoc q̄ petit dilacōnes
supfluas. aut producit scientē
falsa instrumenta. aut falsos a
corruptos testes. Aut iudicat
fm falsas leges. a quascūqz fal-
sas prohibicōnes Et fm Ray-
tenetur parti adūse quā sic ini-
iuste lesit ad restitu cōe; oīnū
que p̄ eius patrocin iū iniustū
amisit. **¶** Decimo peccant q̄ cō-
10 sus a tallias ofuetas a tholo-
nia vctigalia. vngeltas. a simi-
lia iuste instituta. aut ab anti-
q̄ ofuetudie cui⁹ cōn iū nō est
in memoria introducta nō sol-
uūt. h̄ i toto. vel i pte dñis frau-
dulent s̄trahūt. a tenētur ad
restitu cōe;. Vñ cō q̄ pleba-
11 no a alijs s̄trahūt aut eorum
eccl̄ijs debita. ut q̄ nō soluūt de-
cimās fidelit̄. aut oblacōes cō-
suetas. aut alia huiusmodi. a te-
nētur ad restitu cōe;. **¶** Duodēcimo
12 familia famule qui bona dño
rū aut dominarum infideliter
dispensant alijs. aut sib̄ ip̄s
inuitis dñis appropriādo. aut
q̄ nimis late in p̄rios vsus ta-
lia assumūt. vel etiā qui de bñs
dñoz suoz ip̄s inuitis eleōfi-
nas faciūt cōn sup ius trahita.
13^o **¶** Tercōdecimo mulieres que k

[Marginal notes on the right side of the page, partially obscured and difficult to read.]

Septimum Preceptum

bona viroz suoz furantur. a
ea maritis nescientib? aut nolē
tibus nimis sumptuose consumūt
in vsus pprios. vel etiā de iphis
bonis viroz suoz elemofinas
faciūt cōn eoz expōsa; p̄hibi
cōnem. a cōtra ea que sup̄ de
elemofina tacta sūt. **Quarto**
decimo peccāt mulieres adulte
rātes q̄ filios illegittimos nut
unt s̄b expens̄ eoz q̄ putātur
p̄res taliū filioz. a non sūt.
a sic faciunt filios suos illegit
timos succedere ad hereditatē
legittimoz q̄ tñ solius habēt
in paternis bonis. **Talis enim**
mulier talit̄ puat legittimos
vel maitū in bonis ad vtz qz. l
alterz p̄tinentib?. **Quintodeci**
mo testamētariū qui elemofi
nas. aut alia legata non assign
nāt quib? ex testamēto assign
anda sūt. scz qui sibi retinēt
aut ppria volūtate alijs donāt
q̄ illis quib? noiatim p̄ testa
tozem ordinata fuerūt. p̄ hoc
enī iniuste dānificant p̄ximū
in re sibi debita. a tenētur ad
restitucoē ei. **Sextodecimo**
peccat cōn septimū p̄ceptū ec̄.
q̄ rapinā omisit. vicz rē alienā
iniuste auferēdo alteri vi vel vi
olētia alio cui? res ē sciēte a i
iusto. **Et tenetur talis vlt̄ r̄sti**
tuere qd̄ alteri sic abstulit. etiā
dānū recōpensare qd̄ iniuste
intulit. **Et illud est generale in**

Capitulum Quartū

omnib? iniustis dānificato
rib?. **Et nōnter dictū est qui**
iniuste. qz si fieret auctoritate
iudicis iuste iudicantis. talis
occulta a manifesta receptio
nec furtū forz; nec rapia. qz nō
iniusta. **Sicut a filij israel dō**
iubete egyptozum bona licite
receperunt. **Verūtñ si talis in**
publica auctoritate posit? au
ferz; alteri res p̄ violētia; iniu
ste talis peccat; a omittit; ra
pinā. a teneretur ad restituco
nē. **Sic etiā nec furtū omittit**
nec rapinā qui aufert furioso
occulte gladiū ne occidat nō
iniuste. qz non in alteri? nocu
mentum. **Decimoseptimo** m
peccant dñi qui a s̄bditis suis
p̄ iniustas tallias aut exactio
nes indebitas. sup̄fluas. incon
suetas subditos suos grauāt.
a ab eis p̄fata exigūt. **Sūt tñ**
aliq̄ casus s̄m Ray. a hostien.
in quib? licitum est dñis vlt̄
censū debitū aliq̄d subsidium
moderatū exigere. **Primus ē p̄**
defensione patrie. ut cum p̄ria
iniuste ab hostibz inuaditur.
tunc enim s̄bditi non solū te
nentur suas res imp̄tiri; s̄ etiā
tenētur corporaliter a totaliter
iuuare a laborare. **Secū? si do**
min? vult ire in exercitum idi
ctū ab eccl̄a vel p̄ncipe cōtra
hereticos vel paganos. nec
sufficit ad expensas. potest a

18°

17°

16°

18°

19°

29°

Sep̄timum **Preceptū**

39

82

180

subditis p̄tereſſidū **Tertius** si in bello ex pacto suo iusto fuerit captus ab hostib⁹. ⁊ non sufficit se redimere absq; dāno graui **Quartus** si debeat filiam maritare. aut filiū de sp̄sare **Et** si aliqua alia causa similis emerget. de quib; vide latus in summis. p̄t licite a ſbditis p̄tere auxiliū. s; moderatū **Si** v̄ro domin⁹ ext̄ tales ⁊ similes rōnabiles causas vltra cōsuetum exigere vll; teneretur ad restituendū s; m̄ **Rap.** ⁊ alios **Decimo octauo** peccat interdū q̄ in contractu conductōis mercenariū de p̄tio suo non statim soluēdo n̄ damnicat **Vñ** dicit alex. de halis i sūma. talis tenetur restituere damnū. ⁊ etiā tātum. quātum mercenario nocuit **Vñ** leuit. xix. non morabitur opus mercenarij tui ap̄d te vsq; mane. idē opis merces. **Et** eccl̄. xx. xiiij. Qui defraudat mercedem mercenarij. ⁊ qui effundit sanguinem fr̄es sūt. **Et** Jac. v. dicitur diuitib; Ecce merces operariorū ⁊ ſtroz que fraudata est a v̄bis clamat. ⁊ clamor eorū in aures dñi sabaoth introiūt **Potest** aut̄ ille cui p̄tium solui deberet multiplicat̄ damnicari nō solutus. **Aut** quia tātum tenetur eadem nocte soluere **Aut** alimoniā. ⁊ alia necessaria emere vel p̄ncipi obnoxii fieri. au

Capitulū **Quartū**

190

aliud hm̄oi incurere p̄pter carentiam sibi debite mercedis. **Decimo nono** peccat qui defraudat dños aut ciuitates in ſteuris licite impositas. p̄mo interdum illicite p̄ tiranos extortis: **Exempli** gr̄a. dñm⁹ alicui⁹ ciuitatis sibi subdite imposit ei aliquā exactionē iniustam. s; reſtores dicte cōmunitatis p̄ se ⁊ cōmunitate ut maius malū euentent promittūt eidem dño quādam pecunie sumam. ⁊ statuūt quēdam modum recipiendi siue colligendi dictam pecuniā a singulis de illa cōmunitate. imponēdo cuiuslib; certā pecuniā soluēdam: s; m̄ multitudinē bonoz suoz. vel alit̄. posito etiā q; aliq; ciuū dictā summā pecunie vel simul vel p̄ ptes p̄mittēs soluēdicto modo recipiat ad firmā pecuniam impositam cōmunitati dicto modo colligendā. de mū posito q; aliq; de dicta cōmunitate existimātes hm̄oi exactionem iniustā. ⁊ ideo non soluēdā nisi p̄ violentiā ⁊ coactionē; aliquā pecunie sumā eis impositam. clam. vel occulte retineant **Querit** ergo gōfred⁹ qd̄ libt. viij. q. xv. **Verum** sic retinētes illud quod est impositum eis teneātur illud restituere. ⁊ hoc illi q̄ recipit dictam collectā ad firmam. **Rñdit** debitum est ut vnusquisq; tāq; pars tribuat

[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]

Septimum Preceptum

ad omne bonū cōsuandū suā
 p̄conem. Sicut etiā quisq;
 p̄ salute pp̄ria tenetur dare ti-
 rano bō extiora vl̄ p̄dere pl̄?
 q̄ p̄mittat se p̄rimi ab eod̄. Et
 bñ stāt simul in p̄posito casu ⁊
 in alio q̄ aliqd̄ iniuste ab ali-
 quo recipitur. ⁊ tñ iuste pōt
 ab alijs exigi. ut si dñs a tiran-
 no capitur. si captus sine sub-
 ditorū bonis redimi nō pōt. ⁊
 tñ tyrannus iniuste p̄eciū reci-
 pit. ⁊ restituere tenetur. ⁊ s̄b-
 diti bñ fatiūt dñm liberando.
 Sic ē in p̄posito. vbi oēs de
 cōmunitate sūt sicut vnum cor-
 p̄. ⁊ rētores om̄iū tatis qñ rō-
 nabilit̄ s̄bditis aliquid soluē-
 dū imponūt tenētur soluere.
 alias cōmunitatē defraudant.
 p̄ **D**icesimo p̄ccāt q̄ sciēter
 tradunt h̄ib; malas pecunias.
 vl̄ alias res p̄ h̄ois. post q̄ ab
 alijs sic ad ip̄s p̄uenerūt. ta-
 les ei nec dant p̄ciū iustū. nec
 fideliter agūt. nec bñ intēdūt.
 s̄ hoc quo ad pecuniā p̄cipue
 intelligendū est. qñ datur pecu-
 nia que est falsificacō monete
 om̄iū. Secus si non est s̄ falsi-
 ficata moneta. s̄ i vno grosso
 pl̄ de argento a casu q̄ i alio
 q̄ ⁊ min⁹ de cupro. **V**icesimo
 primo p̄ccāt s̄m plures q̄ me-
 liores denarios eligūt de mo-
 neta non pure argentea. ⁊ re-
 soluūt i argētū. vl̄ v̄dūt p̄ci-

Capitulum Quartū

ofius. ⁊ leuiores eque care v̄-
 dūt. p̄t; q̄ tūc monetam red-
 dūt min⁹ acceptā: ⁊ tales faci-
 unt interdū librā denarioꝝ ita
 leuem sicut p̄siores monete.
 quod tñ oino illicitū ē. ergo
 nocent coit̄ati. eadem racōne i-
 terdū. sicut isti de quib; p̄uer.
 xi. d̄. Qui frumenta abscondit.
 maledicetur in populū. **S**e-
 cūdo p̄cipalit̄ videndū ē de
 palliatis furtis ⁊ rapinis de q̄-
 bus ē p̄ma regula Magistri
 Math. li. de otactib; Quicū-
 q; exhib; se. qualē scit se nō es-
 se. cui p̄t hoc p̄cipaliter q̄
 creditur eē talis qualē se exhi-
 bet: datur. mutuatur. v̄ditur.
 vl̄ fit aliquid boni. qd̄ nō da-
 retur aut fier; si sciretur nō eē
 talis. illud ip̄ iniuste p̄cipit. ⁊
 ad restitucōez tenet. m̄h sibi
 aliūde op̄tat de iure. vl̄ ip̄ p̄-
 babiliter ignor; q̄ hac racō-
 ne sibi datur vl̄ fiat. Datēt ista.
 quia si nō datur alias de Ju-
 re: non datur sibi voluntarie.
 p̄mo inuolūtarie. q̄ ex ignorā-
 tia cui⁹ ip̄e est cā p̄ suam falsā
 exhibicōez ⁊ simulacōne: seq̄-
 tur q̄ ip̄e fraudulēter r̄cipiat
 Si iuxta hāc regulā discute-
 rēt se h̄oines: o q̄ multi inueni-
 rēt se iniustissimos occupato-
 res. q̄ de diuicijs suis glorian-
 tur. ⁊ aspn̄atur ceteros ut ma-
 los: **P**rimo enī p̄ncips q̄ h̄nt

20

21

10

Secundū

Preceptū

defendere terriā ⁊ sibi ditos. eisq;
 puidere de iustitia ad q̄ retribu
 cōe sub ditoz quasi pre cō con
 ducti sūt. de q̄nto defensionem
 debitā ⁊ iustitiā negligūt detri
 to contribuōnem iniuste reci
 piūt. **Secūdo** idem iuditiū est
 de hijs qui se clericos verbo di
 cunt. vel habitu. vel officō exte
 riori oñdūt. ⁊ nō sunt tales q̄
 les racōe clericatus esse deberēt
Ex quo enim ille quē ep̄us nō
 acceptauit ⁊ ordinauit in cleri
 cum iniuste recipit beneficia ec
 clestastica. ⁊ fructus eoz. **Quo**
 modo ille corā deo iuste recipi
 et. quē deus nunq̄ in clericum
 acceptauit. **Quomō** autē est cre
 dibile q̄ deus illū vnq̄ in cleri
 cum acceptauit. qui nunq̄ ut
 clericus viuere. vel ut talis deo
 seruire p̄posuit. **S;** si aliqd de
 hijs que ad clericū p̄tinent as
 sumptū aut facit. hoc p̄ncipali
 ter ideo facit. ut p̄ hoc facilius
 redditus ⁊ pecunias possit ob
 tinē. ⁊ p̄ illas seculares h̄re ho
 nores. conuiuia. luxurias. ⁊ va
 nitates seculi exercere. **Et** si ali
 quādo bonū p̄positū habz. ⁊ p̄
 tunc iure p̄cipit: nonne etiam
 tunc quando mutat p̄positum.
 ⁊ opere strarium implet. itez
 p̄cipiendi ius perdidit. **Ter**
 cō similiter est iudicandū de re
 ligiosis habitu. ⁊ irreligiose
 viuētibz. **Quis** enim credit.

Capitulū

Quartum

puto autē q̄ nec ip̄met credere
 possunt hoies ideo eis bona da
 re. cōstruere monasteria. elēo
 finas ⁊ oblatōes p̄rigere: ut
 inde ⁊ de talibz ostra. deū ⁊ regu
 lam uiuant. **Cū** ergo ip̄i solū
 sub pretextu huiusmodi ⁊ co
 loze petāt ⁊ recipiant. ⁊ hoc in
 titū eis detur. ut vic; s̄m sta
 tum assumptū deo seruiant ⁊
 uiuant. **Ip̄i** non habēt ius ui
 tendi data in aliud: maxie con
 rium: q̄ ad id ad q̄s data sunt
 ⁊ ip̄i receperunt. q̄ cito ergo
 quispiā religiosoz scient con
 ea facit. q̄ ad statū religiosum
 de necitate salutis p̄tinent. iniu
 ste p̄cipit ⁊ abutitur oibz. **Quō**
 steio donatis. etiā pane. vel ha
 bitacōe nisi mutz intēcōez. ⁊ w
 lit eis vti sic d; ad restitucōez
 tētur. **Quō** ofozmit p̄tē dicit
 q̄ q̄ scient con ātur ut res q̄cū
 qz v̄alis melior appareat. q̄ ē
 bō. quā emptor p̄pter hoc emit
 p̄ncipalitē qz talē credebat eā ef
 se q̄lis apparebat omni iudi
 cō tātum tenentur restituē q̄n
 tū recipiūt vlti v̄z eius valo
 re. **Et** si reddatur eis res eoz i
 tegra: totum p̄tium reddere te
 nebūt. qz non fiebat empco
 nisi p̄ tali re qualis s̄m iudici
 um omne apparebat. **Simili**
 ter sentiendū ē de hijs q̄ re bonā
 eē venale oñdūt ut vimū clay
 ⁊ lapis i vitro. ⁊ p̄gea turbid

Septimū Preceptum

vel alias malū vasis vniū infū
 dūt hē de p̄fato mat̄xo. Quī
 to f̄mp̄dicta iūste agūt mer
 catores vel alij q̄ accomodāt
 pecūias ab alijs. 7 ut decipi
 ant: vestes 7 appat̄y h̄nt pre
 ciosos ut eis credatur. cum t̄n
 pbabilē soluere debita nō in
 t̄ tēdūt vel ne queāt. **S**ecūda
 regula eiusdē. quicūq; indebi
 te est alicui hōi causa timoris.
 wre cūdie. tristitie. vel alteri
 passiōis sibi oīno inuolūtariē.
 cui? quidē passiōis occasio
 ne ille hōio mouetur ad dan
 dū mutū ad. vel aliq̄d vtile sibi
 faciendū. hoc ipse iniuste reci
 pit de tāto de quāto illa dacio
 ex illa inuolūtaria passiōe p̄
 cedit. Et ad restitucōem tene
 tur. nisi forte sic p̄tactū ē illud
 sibi ex aliquo iure debeat. vel
 nisi bona fide pbabiliter igno
 ret an inuolūtariē sibi detur. s;̄
 pbabilē habeat p̄supcōez de
 voluntario. Ills̄ p̄t; qz qn̄ iste
 non h;̄ ius 7 scit illū dare non
 volūtariē. a vltra hoc est inde
 bite causa illi? dacōis. quō p̄
 test sibi res iuste wire dico au
 tem cui? est indebite causa. qz
 si das paupib;̄ elemosinā ex
 timore mortis. aut dānacōis:
 ip̄i non iniuste recipiūt. qz nō
 sūt causa illi? timois. p̄mo ad
 huc si quis ess;̄ cā illi? timois
 s;̄ non indebite. ut si necesse es

Capitulū Quartum

set nauta; facere foramē in na
 uū. p̄pter qd̄ opt;̄ci vel alijs
 dare merces. Si aut̄ non ess;̄
 necesse. s;̄ facer;̄ hoc qz spar;̄ se
 obtētur merces eiectas. ipse
 ceteris pibus non solū merces
 eiectas. 7 demum inuentas in
 iuste recipet. s;̄ etiā; teneretur
 refūdere. dato qz eas nunq̄ in
 ueniret. **E**x p̄missis possunt
 multa elici. Primo qz potentes
 a dñi qn̄ p̄tūt sibi aliq̄d dai
 vel mutuari a subditis. quod
 p̄ timore indignacōis nega
 re non audēt. de tāto iniuste
 recipiūt: de quāto ex inuolun
 taio timore donatur. **S**ecūdo
 si quis p̄tit vel mēdicat p̄ tam
 honorabilē p̄sonā cui quis p̄
 wre cūdia tam puā rem nega
 re a vultum ei;̄ non audēt cō
 fūdere. **T**ercō debitores q̄ mi
 nātur credito rib;̄ n̄ ps̄ debiti
 remittatur eis. se totū velle ne
 gare coram iudice. nulli talū
 sunt absoluti a debito qd̄ occa
 sione illi? timoris dimittitur.
Quarto hī qui molestauerūt
 homines. 7 minātur amplius
 inimicari eis si non o cordaue
 rit cū eis p̄ vto ip̄oz: non de
 bēt credere se vire 7 euāgelice
 recōciliatos. etiā si offensi ex il
 lo timore se iniuria;̄ dimittere.
 7 verbo testētur 7 scripto. **Q**u
 to mimi 7 ioculatores qui nō
 vocati vniūt ad hōies. sed eis

Septimum**Preceptum**

penitus inuitis et dolentibus. et illi
 per verecundiam vel timorem oblocu-
 tionis eorum a humane consuetudinis fu-
 stinet eos et aliquando ioculaciones
 eorum non sunt secum in conscientia
 de eo quod eis datur de quanto ex il-
 lis motibus datur quorum ipsi
 sunt causa in debita. **Sed** hec omnia
 sunt intelligenda nisi ipsis alio
 iure competat. aut probabiliter ap-
 pareat quod voluntarie datur. **Et** si
 tunc additum est de tanto: de quan-
 to: et quod sequuntur cetera. quod aliquando
 homines dant non solum ex aliqua ta-
 lium passionum inuoluntariarum: sed
 etiam ex affectu humani beneuolentiam. com-
 placentiam. honorem. solacium. a lau-
 dem. **Et** certe de tanto illi non iniu-
 ste recipiunt: et aliquando tolliter mu-
 tatur affectus. **Quoniam** autem hoc habe-
 ret: potest contingere quod qui prius
 iniuste recepit: iuste propterea reti-
 neret: quod quod prius erat inuolun-
 tarium: postea fit aliquando non
 solum uoluntarium: sed et delectabile. si-
 cut cointer in hijs contingit ad quod mo-
 uet. vel in quibus surgit concupiscentia.
 illa ei non facit inuoluntarium: et
 ideo quod ex illa datur. iudicantur
 licite posse retinere: non obstant
 te quod dans peccet in sic dando. et
 recipiens mereatur cum peccato su-
 perbie. auaricie. vel luxurie. **Hec**
 magis. **Matth.** **¶** **Quantum** ad. iij.
 principale de rebus inuentis est
 specialiter notandum secundum factum
 th. 2. 2. q. lxvi. **Et** secundum alex. i.

Capitulum**Quartum**

suo. iij. dis. xxij. quod quedam sunt
 res que nunquam fuerunt in alicuius bo-
 nis. ut gemme et lapilli qui inue-
 niuntur in litore maris. et ille res
 statim sunt inuentoris. dicit ei
 de illis lex in libro institutionum
 de rebus inuencione. gemme et la-
 pilli. et similia que in litore ma-
 ris inueniuntur iure naturali sta-
 tim inuentor sunt et sunt. **¶** **Alie**
 sunt res que aliquando possesse fue-
 runt. sed modo derelicte sunt. ut
 thesauri antiquo tempore sub ter-
 ra occultati. quorum nunc non est
 possessor. **Et** de istis dicens est
 sicut de supradictis. scilicet quod sunt in
 uentis. nisi quod secundum leges ciuiles
 tenentur inuentor dare medietatem
 domino agri. si in alieno agro inue-
 nit. non data ad hoc opera. pro-
 pter quod in parabola euangelij
Matth. xij. dicit de inuencione the-
 sauri absconditi in agro. quod emit
 agrum illum. ut scilicet habet ius possi-
 dedisti thesauri. **Si** uero inuenit
 thesaurum data opera: nihil te-
 netur domino agri. **Vnde** de illo
 dicit lex in libro de rebus dimissio-
 ne. **Quisquis** thesauros in loco
 suo inuenit. adianus naturalem
 equitatem secutus ei concessit quod
 inuenit. **Ac** si quis in alieno lo-
 co. non data ad hoc opera. sed
 fortuito inuenit. dimidium in-
 uentori. et dimidium domino soli
 concessit. **¶** **Alie** sunt res que
 de aliquo in alicuius fuerunt bonis

¶ Capitulum
 de rebus inuentis
 in litore maris

Septimum Preceptum

a sunt ab eo derelictae. et istas si quis inuenit et eas accipit. non aio retinendi sed eas restituendi domino earum qui eas non habet per derelictas: ille non committit furtum nec in re cum sint derelictae nec voluntate. cum eas derelictas sciat aut credat. Si autem in uitate non sunt derelictae. Ipse tamen inuenitor bona fide hoc credit. et accipit etiam animo retinendi. tunc ignorantia facti eum excusat ut dicit alex. Si autem non credat eas derelictas. et accipit eas animo retinendi: tunc furtum committit. quod correctat rem alienam. et de hoc intelligitur illud Aug. in quadam omelia sic dicitis. Si quid inuenisti et non reddidisti: rapuisti. dicit tamen per. pa. in. iij. de consuetudine. et thesaurus ubi cuius inuentus sit: est principis. et sic ille solus potest facere elemosinam. Est enim thesaurus vetus depositio pecunie cuius memoria non extat. Sed quo restituatur inuenta. quoniam nescitur cui. s. fm Ray. faciat inuenitor publice dici per pcones vel per ecclesias ubi rem inuenit. Et s. fm hostien. Antequam domino restituat. si dubium est cui sit certificari debet inuenitor per circumstantias rei. alias forte multi non domini eam peterent

Capitulum quintum
de emptione et de uenditione. circa quod h. p. plura

Capitulum Quintum

valde illicite acquiruntur. tria nunc sunt uidentia. Primo quod requiratur ad talia. Secundo quod periculosum est habere officium mercatorum. Tercio qualiter se debeant habere bene ut saluetur mercatorum. **Q**uintum ad primum non b dum quod s. fm vincetium in speculo hysto. li. ij. mercatorum proprietates chaim p. m. habuisse uidentur. qui simplicitate uite hominum ad inuentionem mensurarum et ponderum permutauit. atque ad calliditatem et corruptionem perduxit. et minus esse primum posuit. rapinis et uolentia opes congregans. suos ad latrocinia inuitauit. Quauis igitur negociatio ut hodie res se habet. de se non sit illicita. quod ipse a mediante bona terrarum quondam alijs terris taliu carentia habentibus aduehunt et eouerso: tamen ibi magne fraudes sunt. **U**nde secundo non c dum quod s. fm. th. 2. 2. q. lxxvij. Et sec. m. iij. di. xv. Duplex est commutatio. Una perconomica quando commutans intendit recipere rem non ut mercetur in ea. sed ut ipsa utatur. Alia est commutatio negotiatio ubi commutans intendit lucrari de re quam acquirat. emit enim rem non ut utatur ea. sed ut uendat eam. Ad primam commutationem ut sit iusta quinque requiruntur. et ad secundam ut sit iusta eadem et adhuc duo alia